

fratres noctem unam, et recepit ab eis epistolam, omnia
 quę gesta erant de abbate Columbano, | et cambuttam
 ipsius, quam in manibus tenebat, transmiserunt viro dei,
 dicentes: dominus noster ius|sit nobis adhuc vivens, ut
 per istum baculum Gallus fuisset absolutus ab excommuni-
 catione. Et dimiserunt eum. Et ille coepit iter agere
 die noctuque; adfuit misericordia dei, quod | in octavo die
 pervenit ad sanctum Gallum, et dedit illi epistolam,
 quam portaverat de fratribus, | et cambuttam cum absolu-
 tione. Cumque legisset epistolam, flevit amare et intravit |
 oratorium cum fratribus; cepit missam agere et offerre
 sacrificium pro eo.

Contigit autem una die, dum operaretur cum fratribus c. 31.
 et plebe in oratorium, ut unam axem ex | pariete decor-
 taretur et brevior apparuit aliis IIII palmarum et magistri
 vole|bant eum eicere. Vir dei dixit illis: sustinete modic-
 um: eamus in domum et sumamus | cibum, quem nobis
 praeparavit deus. Et fecerunt sic. Ille autem benedixit
 panem et dedit eis benedic|tionem. Post sumpto cibo sur-
 rexerunt omnes pariter ad operam. Invenerunt axem, quę
 erat | nimia (?), longior aliis quartum et dimidium pedem,
 et glorificaverunt et conlocaverunt | axem in locum suum,
 ubi prius fuerat. Et ipsa axis usque in hodiernum diem
 addentium | (fehlen fünf Zeilen) ||
 ut eum abbatem super se habere voluissent. Illi vero per- c. 32.
 rerunt recto itinere usque ad cellam viri dei. Cumque
 pervenissent ad locum pulsantes ianuam egressus est unus
 ex fratribus, | ducit (?) ad (?) . . .¹ viro dei dicens: sunt
 namque hic sex fratres volentes tecum loqui. Et ille ius|sit
 eos (intro?)ducere in oratorium. Con(?)pleta oratione in-
 gressis domum osten|derunt ei epistolam, cumque legisset
 vir dei, dixit (?) eis: ego fugebam omnes notos et pro-
 pinquos | meos in hac solitudinem sequens (?) prophetica
 verba dicente David: extraneus | factus sum fratribus
 meis et peregrinus filiis matris meę. Ego urbem et ponti-
 ficatum con|tempsi, et omnes divitias terrenas dispexi
 propter Christum, parentes et praedia dereliqui. | Et iterum
 post renuntiacionem saeculi recipiam (?) divitias, sicut ille
 homo, de quo dominus Ihesus praedixe|rat, qui manum
 suam ponebat in aratrum et respexit retro, forsitan vel ut
 canes rever|sus ad vomitum? Vos scitis, quia semper sub-
 ditus vester fui; modo abbatem et principem | vellitis me
 habere. Cumque hęc verba et alia plurima dixisset, et

1) Etwa 4 Buchstaben unlesbar.